

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistola de miseria curatorum seu plebanorum**

**[Straßburg], vor 25. Okt. 1489**

Leere Seiten

[urn:nbn:de:bsz:31-86594](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-86594)

prius non masticauerunt miseriam. Ego quidem vsq; huc  
pastorale onus portauit. Sed quia tribulationes quibus  
non mereor sustineo. Ecclesiam meam pro beneficio non  
curato quantociti<sup>9</sup> possum commutabo. Quapropter si  
poteris patienter quas dixi sufferre calumnias secure eccle  
siam suscipe. Si sustinere non potes nec ym<sup>q</sup> sustinisti  
erumnas: potius alias ecclesiasticas portare curas dimit  
te. Tu enim omni honore et reuerentia q; non ego sed plu  
res de te affirmant: es dignus. Cum non solum in septem  
artibus liberalibus. imo in totius sacre scripture quodam  
dammodo sis expertus semitis. Non ergo te decet tantus  
uirus/ ecclesie lumen per tot miserias obfascari: modo sup  
poni. Sed saluatore testante ab omnibus curis expeditus  
sup candelabrum Hoc est excelsam cathedram locari Et in  
summa reuerentia haberi. Quia vt multi peccatores i pec  
catorum suorum tenebris ambulantes peccata sua sup car  
bones nigra videant. Videndo recognoscant. Recognos  
cendo desceant. Descendo confiteantur. Confitendo peni  
teant. Penitendo purificentur. Purificati mundi pmane  
ant. Et tandem ad celestem mundiciam. Hoc est eternam fe  
licitatem. Ad quam creati sunt pueniant. Prestante dño  
nostro iesu christo. Vale.

**Explicit epistola de miseria curatorum seu plebanorum**

